

Abulen.

non in curru igneo, vt aliqui dixerunt apud Abulensem quæst. 53. sed per Angelum ad locum Transfigurationis translatus est.

102. Difficulus de Moyses.

Secunda quæstiuncula de Moyses; Quomodo in Transfiguratione præfens fuerit, est tota difficultas. Nam de fide certum est, quidquid aliqui dixerint, quod Moyses verè mortuus est. Deuter. 34. n. 5. Mortuus est ibi Moyses, &c. Et sepeluit eum in valle, &c. Id autem, quod astruitur in quadam Glossa apud Lucam 9. in Transfiguratione non verum Moysen, sed Angelum in specie, ac figura Moysis apparuisse: est aperte falsum. Imò Suarius tom. 2. ad 3. p. disp. 32. sect. 2. in principio talem sententiam erroneam appellat: nam D. Matthæus scribit, Et apparuerunt Moyses & Elias cum eo loquentes: & D. Lucas, Ecce duo viri loquebantur cum eo. Erant autem Moyses, & Elias. Quæ verba in sua proprietate sunt intelligenda, vt veritas historia requirit.

103.

Anima ergo Moysis per Angelum educta est, & translata in terram, venitque ad Christum in Thabor: An in suo corpore vero, & naturali; an aëreo? dubitatur. In corpore aëreo, per Angelum efformato venisse, docent D. Thomas 3. p. q. 45. art. 3. ad 2. & hoc loco in Matthæum, & hic Lyranus, Abulenſis quæst. 54. Salmeyton, & alij.

104.

Secunda sententia est, Moysen in proprio, ac suo naturali corpore apparuisse in Thabor ac verè à mortuis surrexisse. Ita docent D. Hieronymus hic, Origenes homil. 12. in Exodum, Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. & lib. 4. contra Præxam, cap. 14. D. Damascenus Orat. de Trāfigur. & alij Patres, quos citat, & sequitur Suarius citata disp. 32. sect. 2. §. secunda sententia. Toletus cap. 9. in Luc. annot. 61. Thyraus de Apparit. Christi, lib. de Transfigur. cap. 3. §. 56. & hic Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenſis, & alij.

106.

Probat hęc sententia. Omnia, quæ in mysterio Transfigurationis interuenerunt, vera, ac solida fuerunt; non enim decebat, vt veritas tanti mysterij fictione, ac mendacio probaretur, sed veritate, ac integritate rei: ergo persona Moysis, hic apparet, ac testificans de Christo, non fuit aërea, & fictitia. Deinde maximè rationi erat consentaneum, vt quemadmodum Christus, non falsam, & adumbratam, sed veram, & expressam gloriam ostendebat; sic non falsis, & imaginariis, sed veris confirmaretur testimoniis. Venit ergo Moyses in suo vero corpore, vt mihi est probabilius; sicut in Resurrectionis Christi tempore multa corpora sanctorum resurrexisse dicuntur, & multis apparuisse, quos certum est in proprio corpore apparuisse, animabus iterum vnitis cum corporibus, vt testes veræ resurrectionis Christi existerent, quos peracto mysterio absque aliquo dolore corpora deposuisse, verior est sententia.

105.

Tertia quæstiuncula: Quomodo Moyses, & Elias visi sunt? Respondetur. Quod hoc explicat D. Lucas in maiestate, seu, vt habet Syriacus, in gloria, gloriosis nempe, ac fulgentibus corporibus. Sic docent Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. quod Moyses, & Elias visi sunt in consorcio claritatis. Et Origenes homil. 12. ait de Moyses, quod totus glorificatus ascendit in montem. Si autem Euangelistæ solum de Christo dicunt, quod resplenduit facies eius vt Sol, vestimenta vt nix, ex eo est, quia solus Christus transfiguratus est; & quia solus ipse resplenduit gloria propria proueniente, tam ab vnione hypostatica, quam ab anima beata. Moyses autem, & Elias nitebant ex redundantia

107.

corporis Christi, vt Apostoli viderent conferuorum gloriam, vt tanta eius remuneratione data, Discipuli in laboribus fortiores redderentur.

108.

Quarta quæstiuncula: Quomodo Moyses, & Elias loquebantur? Respondetur cum Caietano, Sermonem habuisse, non spiritualiter, & intellectualiter, vt aliqui dixerunt, sed humano, ac articulo modo, cum quilibet eorum verum, ac proprium habuisset humanum corpus, vt supra diximus.

109.

Quinta quæstiuncula: Quomodo Apostoli cognouerunt Moysen, & Eliam; siquidem ex lineamentis facierum non agnouerant, nam apud Hebræos imagines non erant in vsu, vt notant Tertull. supra citatus, & Theop. hic. Respondetur. Quod Apostoli hos viros agnouerunt ex diuina reuelatione, qua sunt illustrati: apparebant enim vt testes Christi, ac proinde expediebat, vt ab Apostolis agnoscerentur. Valdè etiam verissimile est, eos fuisse agnitos ex propriis sermonibus; tum quia sub proprio nomine sunt appellati; tum etiam quia Moyses forte dicebat: Tu es, cuius ego passionem, occiso agno, & celebrato Pascha, præfigurauit. Elias verò: Tu es, cuius ego resurrectionem, suscitato viduæ filio, significauit. Ita Theophylactus in præfenti.

110.

Sexta quæstiuncula: An in Transfiguratione Angeli visi fuerint? Respondet negatiuè S. Thomas 3. p. q. 45. art. 4. ad 1. Nam si ibi interfuissent Angeli, vt ait Abulenſis q. 65. de eis faceret Euangelistæ mentionem, sicut Moysen, & Eliam expresserunt. Deinde, quia, vt ait D. Thomas citatus, Christus in Transfiguratione suis Discipulis manifestauit gloriam corporis, quæ ad solos homines pertinebat; & ideo conuenienter, non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

111.

Quæstiuncula: Quomodo loquerentur? Caietan.

112.

Quomodo loquerentur? Caietan.

corporis Christi, vt Apostoli viderent conferuorum gloriam, vt tanta eius remuneratione data, Discipuli in laboribus fortiores redderentur.

Quarta quæstiuncula: Quomodo Moyses, & Elias loquebantur? Respondetur cum Caietano, Sermonem habuisse, non spiritualiter, & intellectualiter, vt aliqui dixerunt, sed humano, ac articulo modo, cum quilibet eorum verum, ac proprium habuisset humanum corpus, vt supra diximus.

Quinta quæstiuncula: Quomodo Apostoli cognouerunt Moysen, & Eliam; siquidem ex lineamentis facierum non agnouerant, nam apud Hebræos imagines non erant in vsu, vt notant Tertull. supra citatus, & Theop. hic. Respondetur. Quod Apostoli hos viros agnouerunt ex diuina reuelatione, qua sunt illustrati: apparebant enim vt testes Christi, ac proinde expediebat, vt ab Apostolis agnoscerentur. Valdè etiam verissimile est, eos fuisse agnitos ex propriis sermonibus; tum quia sub proprio nomine sunt appellati; tum etiam quia Moyses forte dicebat: Tu es, cuius ego passionem, occiso agno, & celebrato Pascha, præfigurauit. Elias verò: Tu es, cuius ego resurrectionem, suscitato viduæ filio, significauit. Ita Theophylactus in præfenti.

Sexta quæstiuncula: An in Transfiguratione Angeli visi fuerint? Respondet negatiuè S. Thomas 3. p. q. 45. art. 4. ad 1. Nam si ibi interfuissent Angeli, vt ait Abulenſis q. 65. de eis faceret Euangelistæ mentionem, sicut Moysen, & Eliam expresserunt. Deinde, quia, vt ait D. Thomas citatus, Christus in Transfiguratione suis Discipulis manifestauit gloriam corporis, quæ ad solos homines pertinebat; & ideo conuenienter, non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

QVÆSTIO XIII.

Quare hic ad Concilium vocantur Patres Veteris Testamenti; & non potius sublimes Angeli è cælo?

AD hoc magnum concilium celebratum inter Transfigurationis glorias conueniunt ex paradiso Elias, ex inferno, seu sinu Abrahamæ, Moyses; ex terra tres Apostoli. Quod notauit Timotheus Antiochenus Orat. de cruce, ac Transfigur. apud Grethserium tom. 2. Quid vero attinuit, tres tantum in montem ducere, & ex Prophetis neminem, nisi Moysen, & Eliam? Et cur illos quidem tres, hos autem duos? Vt impleteret dictum Pauli, In nomine Iesu omne genua flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Ex infernis subduxit Moysen, ex caelestibus deduxit Eliam, ex terrestribus Petrum, Iacobum, & Ioannem. Ad Christi glorias videndas, ad altum consilium eius mortis inspectandum aduocantur ex paradiso Elias, ex inferno Moyses, ex terra tres Apostoli; sed enim in omni parte Christi nomen sitadorandum, ac celebrandum; ex omni etiam parte testes eius gloriæ conueniunt. Sed cur plures ex terrenis laboribus, ac puluerulento luctamine contra aduersarios ad Christum accedunt, quàm ex requie, ac felicitate paradisi, vel Abrahamæ sinu? semper ad Christum plures transmisit labor, ac pressuram, quàm felicitas, & requies; semperque plures ad gaudium gloriæ Christi conuolant ex sudore, ac corona meritorum, quàm ex placida, ac secura aliqui bonorum possessione.

107. Quomodo loquerentur? Caietan.

108. Quomodo Apostoli eos agnouerunt. Tertullian. Theophyl.

109. An apparuerunt Angeli. D Thom. Abulenſ. D. Thomas.

110.

Timoth.

Plures ex laboribus, quæ ex requie ad Christum conuolant.

Plures ad gloriam conuolant ex merito, quàm ex possessione.

Ad

111.

Ad nostram quæstionem. Si ex omni parte proferant, cur ex altero sæculo veniunt Patres Veteris Testamenti; & non potius Angeli? Respondeo primò. Veniunt Patres antiqui, vt inter vtrumque Testamentum manifestetur concordia, & vnitas. D. Anselmus. Moyses, & Elias apparuerunt, inquit, quia Lex, & Propheta in altro celsioris intelligentia cernuntur cum Euangelio; ac concordant in dictis suis cum eo. Moyses Legem, Elias Prophetas, ac proinde vtrique totum antiquum Testamentum denotabat; idè concorditer apparent in monte cum Auctore noui Testamenti Christo Iesu; vt vtriusque Testamenti vniformitas, ac coherentia exprimitur. Vt fidelis anima Deum sibi loquentem audiat, ait ei Sponsus eius: Muremulus aureus faciemus tibi. Cantic. 1. n. 10. Aponius lib. 3. in Cantica legit: Catenulas aureas. Quod ipse explicans inquit: Noui, & Veteris Testamenti verba, que pronuntiauerunt, vel ostenderunt Saluatorem mundi venisse, concatenata sunt. Et quasi vna veritatis catenula, sermo effectus per concordiam fidei, per vnanimitatis sensum Ecclesia collum decorat.

112.

Secundò. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. Tradidit Pater filio Discipulos novos, ostensis prius cum illo Moyses, & Elia in claritatis prerogatiua, atque ita dimissis, quasi iam officio, & honore disunctis. Hoc est, vt explicat eius Scholiastes, perfectis, absolutis. Ad Thaboris gloriam assumpsit Dominus tres suos Apostolos, quos ad prædicandum suam Legem nouam elegerat; duos magnos viros Moysen, & Eliam ex Lege veteri etiam aduocat: vt fieret planum, quod sic nouos suos alumnos, ac prædicatores miris donis, ac excellentiis sublimabat, vt minime absque honore antiquos Patres, qui pro Lege Dei maximè decertauerant, dimitteret, minimeque eis suum debitum decorem minueret; sed eorum auctoritati consulens ad sublime eos euocat Transfigurationis mysterium. Circumcisionem mandat Deus Abrahamo, & posteris eius. Infans octo dierum circumcideretur in vobis. Genes. 17. n. 12. Conueniunt Expositores, ac Theologi, quod si infans in periculo vitæ fuisset constitutus ante octauum diem, illud signum ad expiationem peccati originalis adhibebatur; illud scilicet, quod ante circumcisionem fuerat institutum, dicebaturque Remedium Legis naturæ, quod erat parentum fidei potestatio. Si Deus hoc dat Abrahamo in signum distinctum populi sui, ac in remedium peccati originalis, cur ei non dat vnum Sacramentum, quod esset pro omni casu applicandum? Per illud Legis naturæ remedium fuerunt Patres coadunati in fide, ac cultu Dei. Paludanus in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. Sacramentum Circumcisionis induxit, ita tamen, vt per antiquum Patrum remedium abiectum sine honore non remaneret.

113.

Tertiò & maximè ad quæstionem. Conuocantur ad Concilium Moyses, & Elias, in quo res altissima pertractabatur, quæ nempe spectabat ad Christi vitam, & mortem. Loquebantur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Cur potius non aduocantur Angeli, seu Cherubim, qui alto, & sublimi pollent intellectu? Agebatur hic de Christi morte; Angeli, verum est, quod magna intellectus acutie sunt præditi; tamen angustia, ac plaga mortis sunt immunes, minime enim moriuntur, homines autem acerbissimis mortis doloribus opprimuntur, ac passim illis circumdantur. Ad Concilium ergo, in quo causa mortis

114.

ventilatur, non accedant Angeli; licet enim natura, ac intellectu illustrissimi, non tamen obitum experiuntur; & ad suffragium, non nobilitas personæ, sed experientia est attendenda. Cum Regina Vasthi contemneret regis Assueri imperium, ad eiuſque mandatum aduocata nollet venire. Ad Concilium Rex Assuerus, ait textus, Interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant. Esther. 1. num. 13. Pagninus ex Hebræo legit. Dixit rex sapientibus, scientibus tempora. Ad tantum negotium suæ auctoritatis non adhibet regni primates, non sapientiores quærit; sed scientes tempora, qui de temporibus, ac eorum euentibus largam habebant notitiam, ac experimentum.

115.

Cum Michæas Propheta cap. 7. num. 7. vidisset populum suum multis calamitatibus à Chaldæis oppressum, vt interpretantur D. Hieron. Theodor. Rupertus, & alij, sic ait: Expectabo Deum saluatorem meum. Cur auxilium quærit, non à Deo Creatore, seu iustificatore, sed à Deo saluatore? Agnoscebat se Propheta multis malis vulneratum: Deus Creator, Deus impassibilis est; Deus verò saluator, Deus plagatus, Propter scelera nostra attritus est. Hunc ergo quærit sibi aduocatum, & iudicem, vt illius causam iudicet, & cognoscat, cum nostras oppressiones, ac miseria largæ esset expertus. Vide tom. 3. cap. 33. q. 8. n. 65.

116.

Aduocatus, & iudex per necessitates expertus.

117.

Secundò. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. Tradidit Pater filio Discipulos novos, ostensis prius cum illo Moyses, & Elia in claritatis prerogatiua, atque ita dimissis, quasi iam officio, & honore disunctis. Hoc est, vt explicat eius Scholiastes, perfectis, absolutis. Ad Thaboris gloriam assumpsit Dominus tres suos Apostolos, quos ad prædicandum suam Legem nouam elegerat; duos magnos viros Moysen, & Eliam ex Lege veteri etiam aduocat: vt fieret planum, quod sic nouos suos alumnos, ac prædicatores miris donis, ac excellentiis sublimabat, vt minime absque honore antiquos Patres, qui pro Lege Dei maximè decertauerant, dimitteret, minimeque eis suum debitum decorem minueret; sed eorum auctoritati consulens ad sublime eos euocat Transfigurationis mysterium. Circumcisionem mandat Deus Abrahamo, & posteris eius. Infans octo dierum circumcideretur in vobis. Genes. 17. n. 12. Conueniunt Expositores, ac Theologi, quod si infans in periculo vitæ fuisset constitutus ante octauum diem, illud signum ad expiationem peccati originalis adhibebatur; illud scilicet, quod ante circumcisionem fuerat institutum, dicebaturque Remedium Legis naturæ, quod erat parentum fidei potestatio. Si Deus hoc dat Abrahamo in signum distinctum populi sui, ac in remedium peccati originalis, cur ei non dat vnum Sacramentum, quod esset pro omni casu applicandum? Per illud Legis naturæ remedium fuerunt Patres coadunati in fide, ac cultu Dei. Paludanus in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. Sacramentum Circumcisionis induxit, ita tamen, vt per antiquum Patrum remedium abiectum sine honore non remaneret.

118.

Tertiò. Idem D. Chrysostomus. Vt discam, ait, quoniam mortis, & vitæ potestatem habet, propterea & Moysen, qui morte defecerat; & Eliam, qui nondum mortem passus fuerat, in medium adducit. Vt se mortis, ac vitæ declarat auctorem.

119.

Quare ex omnibus Patribus Moyses, & Elias potius, quàm alij aduocantur?

120.

Ob nouos seruos non absque honore dimittantur antiqui.

121.

Ob nota, antiqua non contemnda.

122.

Conciliaris expertus negotio adhibendus.

ventilatur, non accedant Angeli; licet enim natura, ac intellectu illustrissimi, non tamen obitum experiuntur; & ad suffragium, non nobilitas personæ, sed experientia est attendenda.

Cum Regina Vasthi contemneret regis Assueri imperium, ad eiuſque mandatum aduocata nollet venire. Ad Concilium Rex Assuerus, ait textus, Interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant. Esther. 1. num. 13. Pagninus ex Hebræo legit. Dixit rex sapientibus, scientibus tempora. Ad tantum negotium suæ auctoritatis non adhibet regni primates, non sapientiores quærit; sed scientes tempora, qui de temporibus, ac eorum euentibus largam habebant notitiam, ac experimentum.

Cum Michæas Propheta cap. 7. num. 7. vidisset populum suum multis calamitatibus à Chaldæis oppressum, vt interpretantur D. Hieron. Theodor. Rupertus, & alij, sic ait: Expectabo Deum saluatorem meum. Cur auxilium quærit, non à Deo Creatore, seu iustificatore, sed à Deo saluatore? Agnoscebat se Propheta multis malis vulneratum: Deus Creator, Deus impassibilis est; Deus verò saluator, Deus plagatus, Propter scelera nostra attritus est. Hunc ergo quærit sibi aduocatum, & iudicem, vt illius causam iudicet, & cognoscat, cum nostras oppressiones, ac miseria largæ esset expertus. Vide tom. 3. cap. 33. q. 8. n. 65.

QVÆSTIO XIV.

Quare ex omnibus Patribus Moyses, & Elias potius, quàm alij aduocantur?

APPARENT hic Moyses, & Elias, non verò in Baptismo, cum vox Patris resonat: Hic est filius meus dilectus. Marc. 1. nam. 12. Et apparent, vt scribit D. Lucas, vbi in maiestate. Nitebat Dominus in gloria, & forte, vt plenior esset gloria, ac voluptas Christi; nam voluptatis gloriæque focis carere, lætitiæ detrimentum est. Et fortè etiam apparent in maiestate, vt Apostolos ad labores excitent; nil enim sic seruire suadet, vt præcedentium conspecta seruiorum præmia.

Ad quæstionem respondet Primò D. Chrysostomus homil. 57. Quoniam turbæ dicebant, Alij Eliam, alij Ieremiam, aut vnum ex prophetis, idcirco Moysen, & Eliam caterorum prophetarum vertices producit, vt, quam magnum sit inter seruos & Dominum discrimen, oculis cernerent. Vt ita collatione eorum in gloria appareat, se esse Dominum, illos autem seruos. Et subiicit Chrysost. Vtique rectè laudatum crederent Petrum, qui filium Dei eum confessus est. Secundò. Idem Chrysostomus, Euthymius. Theophylactus, S. Thomas 3. p. q. 45. art. 3. ad 3. Quia Moyses Legem dedit, Elias pro gloria Domini amulator fuit. Vnde per hoc, quod simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum, accusantium Christum, tanquam transgressorem Legis, & blasphemum, Dei sibi gloriam vsurpantem. Si enim talis esset, vtrique Moyses, & Elias non probarent eum, nec testimonium honorificum de illo redderent.

Tertiò. Idem D. Chrysostomus. Vt discam, ait, quoniam mortis, & vitæ potestatem habet, propterea & Moysen, qui morte defecerat; & Eliam, qui nondum mortem passus fuerat, in medium adducit. Vt se mortis, ac vitæ declarat auctorem.

N 2 Iacob

114.

Est. i. Pagnin. Consiliaris expertus negotio adhibendus.

115. Hieronym. Theodor. Rupert. Michæ 7.

Aduocatus, & iudex per necessitates expertus.

116. Marc. 1. Lucas. In gloria focis habere, lætitiæ multat.

117. Chrysost. Differentia inter Dominum, & seruos.

Euthym. Theophyl. S Thom.

118. Chrysost. Christus mortis, & vitæ auctorem.

Genes. 28. Iacob dicit Deus: *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac.* Genes. 28. n. 13. Abraham iam mortuus, vt patet Genes. 25. n. 8. Isaac adhuc viuus, vt colligitur Genes. 35. n. 28. Vt ita se Deum viuorum, ac mortuorum ostendat. Quartò. Idem S. Doctor. *Vt crucis gloriam ostendat, & iam Petrum, quam reliquos, qui passionem formidabant, consolaretur, & ad sublimius erigeret; non enim tacebant, inquit, sed loquebantur de gloria, quam completurus erat in Ierusalem, de Cruce videlicet, ac passione; sic enim ipsam semper appellabant.* Ita ille. Vt ita Discipulorum animos promoueret, ac induceret, vt se morti pro Deo exponerent: nam Moyse periculo mortis se obtulit Pharaoni; Elias verò regi Achab.

119. Quintò. Idem Chrysostomus apud Catenam D. Thomæ. *Ducit, ait, propter hoc Moysen, & Eliam in medium; volebat enim, quòd Discipuli illorum priuilegia zelarent.* In maiestate, vt ait D. Lucas, seu gloria apparent altissimi vertices antiquæ Legis in conspectu Apostolorum, seu procerum Euangelicæ Legis, *Vt Discipuli illorum priuilegia zelarent.* Si enim illi in statu antiquo, & imperfecto suis meritis tantam gloriam sunt adepti, viuacius ipsi magnates Legis nouæ, in excellentiori ordine constituti, stimulari debebant, ad altius fastigium assequendum. Quis enim dubitat, quòd merces quibusdam concessa, aliis ad illustriorem coronam sit aculeus? Sextò. D. Hilarius Cantic. 17. in Matth. & D. Thomas 3. p. q. 45. art. 3. ad 3. *Vt ostendat scilicet, se per Legem, quam dedit Moyses; & per prophetas, inter quos fuit Elias præcipuus, esse prædicatum.*

120. Septimò. Idem Chrysostomus homil. 57. in Matth. *Producit illos, inquit, propter hoc, vt eos, qui maxime populares fuerunt, imitarentur, & animi robur, atque constantiam sequerentur; fierentq; imites vt Moyses, zelotes vt Elias.* Cum Christus Dominus suam Legem nouam ordinaret, conspectui suorum Apostolorum Moysen, & Eliam obiicit. Moyses omnium mitissimus. Num. 12. n. 3. Elias valde feucus, & rigidus in peccatoribus puniendis 3. Reg. 19. num. 10. Vt ex hoc altissimo tribunali Christi principes instruantur, vt sic iustitiam adimpleant, vt humanitatis recorderentur; siue, vt iustitiam suam multa pietate commendent. *Virga directionis, virga regni tui.* Plal. 44. n. 6. *Quem locum citans Paulus ad Hebr. 1. n. 8. ait: Virga æquitatis, virga regni tui.* Quod commentans Agellius ad citata verba Plalmi. *Virgam æquitatis appellat, inquit, censuram, atque suauitatem equitate, & clementia temperat am.*

121. Octauò. D. Hieronymus in cap. 17. Matth. *Scribis, ait, & Phariseis tentantibus se, & de celo signa postulentibus dare noluit: sed prauam postulationem confutauit responsione prudenti. Hic verò, vt Apostolorum auget fidem, dat signum de celo, Elia inde descendente, quò ascenderat, & Moysen ab inferis resurgente.* Iudæis signa petentibus de celo, vt ea calumniarentur, dare noluit, Matth. 12. num. 39. Hic verò non petentibus Discipulis, ad eos tamen in fide suæ potestatis robotandum, dat signum de celo, Elia ab eo descendente; & etiam in inferno, Moysen ab illo consergente. Sicut enim iustum, ac sanctum est, exhibere ostentationem, & signa, quando ad salutem nostram conducunt; ita & illa denegare, cum ob nostram nequitiam inutilia, ac nociua redduntur: sicut enim singularis benignitas est, dare beneficium, cum proficit; ita & illud denegare, cum officit.

Nonò. D. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinian. *Ob ieiuniorum, inquit, consortia Moysen, & Eliam transfiguratus in monte secum ostendit in gloria.* Et Tertullianus lib. aduersus Psychicos. *Merito igitur, ait, etiam in carne se Dominus Moysi ostendit collega ieiuniorum suorum, non minus & Elie.* Ex tot, tantisque Patribus magnis Abrahamo, Isaac, Iacob, Dauid, ac aliis Moysen, & Eliam eligit Dominus ad Transfigurationis glorias; hi enim eundem ieiuniorum numerum cum Iesu obseruarunt. Et qui in obseruatione ieiunij collegæ extiterunt, insigniter ad consortium, ac participationem suæ gloriæ euocat. Cur rapitur Elias in cælum 4. Reg. 2. num. 11. Cur sic Elias potius, quam alij magnates antiquæ Legis? D. Petrus Chrysostomus serm. 2. ait: *Elius Domini continuatione ieiunij defecatus à carnali pondere, mortis victor euolauit in cælum.*

Decimò. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 23. *Cum, ait, visus est Christus gloriam suam communicare, à quibus Dominus gloria nuncupabatur cum principalibus suis, quorum alter, populi informator aliquando; alter reformator quandoq;: alter initiator veteris Testamenti, alter consummator noui.* Illud verbum, *Cum principalibus suis,* explicat Pamelius. *Ita vocat auctor, quòd Moyses, & Elias præcipui, & primi fuerint prophetarum veterum, iam dudum ante illos, quos maiores vocamus.* Ex tot antiquorum Patrum cætu Moyses, & Elias ad Thaboris gloriam accedunt, illisque participes fiunt. Moyses quidem primus fuit populi instructor, ac legifer; Elias vero primus reformator, ac antiqui honoris, & cultus restaurator. Cum enim quodam prioritatis honore fulgerent, peculiari ex omnibus antiquis ad hanc gloriam eliguntur. Qui enim primis in virtute, multum hoooradi.

Vndecimò. Ad eadem verba: *Cum principalibus suis, iterum, Quod Moyses, & Elias præcipui, & primi fuerint prophetarum veterum.* In terris constituebat Christus Dominus regnum suæ Ecclesiæ, in eoque gloriam suæ maiestatis in Transfiguratione ostendebat, ad eamque Moysen, & Eliam antiquitatis apices inducit, eamque cum suis principalibus communicat. Regium enim est, splendores, ac suæ celsitudinis radios ad suos proceres, & magnates extendere, eosque sui decoris habere participes, & consortes. Duodecimò. Moyses, & Elias maxime pro Dei honore solliciti, etiam cum populi, ac suorum damno, & iactura. Sic dicebat Moyses, rogans pro populo. *Cur irascitur furor tuus? ne, queso, dicant Aegyptij, calide eduxit eos.* Exod. 32. Et ibi iussit occidi triginta millia virosum. Elias eximius Dei zelotes, cælum clausit 3. Reg. 38. num. 2. Qui maxime ad Regis honorem, suorum contempta commoditate, intendit, maxime ab ipso Rege honoratur.

Decimotertio. D. Ambrosius lib. 1. de Iacob, & vita Beata cap. 8. *Operationes, ait, bene commendantur affectu. Neque enim minus beatus Elias, quam Moyses, cum alter cibi indigus, meliori decili, sine filijs, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, letus sobole, succinctus potentia, diuerso genere meritum æquale fundarunt, quando cum Domino in Resurrectionis gloria resurrexerunt.* Valdè dispares erant in actionibus, ac moribus Moyses, & Elias, vt discurrit S. Patet; & tamen æqualiter in maiestate Transfigurationis cum Domino apparent. Et quomodo inæqualibus operibus tam æquale præmium? Deus enim non id, quod fit, sed potius, quo animo, ac affectu fiat, contempletur. Pergit citatus

122. Hieron.  
Tertullian.  
Ieiunium gloria facit consortes.  
4. Reg. 2.  
Chrysol.  
123. Tertullian.  
Pamelius.  
Primus in virtute honorandus.  
124. Princeps suæ cum suis magnarum virtutum munice maiestatem.  
Exod. 32.  
3. Reg. 18.  
Qui sua pro Rege contemnit, maxime ab ipso honorandi.  
125. Ambros.

citatus Ambrosius. *Nec minus beatus Elifens, quam Dauid, cum alter regibus subditus, alter regali potestate præditus, prophetica significationis hand parem adepti sunt gratiam.*

126. Decimoquarto. D. Cyrillus Ierofolymitanus Cath. 12. *Duos testes exhibeamus, eos, qui in monte Sina Domino assistebant. Moyses erat in foramine petre, & Elias in ostio speluncæ; Olim illi transfigurato presentes facti in monte Thabor, dicebant Discipulis excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Ex illustrissimo præcedentium iustorum numero Moyses, & Elias conueniunt ad Transfigurationis pompam, in qua magna rerum negotia erant petrandanda. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Ierusalem.* Cur ergo hi duo potius electi sunt, quam alij? Hi Patres, dimissis terrenis rebus, à sæculi curis vacui, ab illisque se abdicantes, interiora deserti ad contemplantum penetrauerunt: Moyses in foramine petre latitans; Elias in spelunca se recipiens: inde apti inueniuntur, vt ad spectandam Dei gloriam ac ad colloquendum de magnis mysterijs, tanquam commilitones à Christo assumantur, quos secessus magnopere commendabat.

Decimoquinto. Abulensis q. 47. Ex tam amplo veterum Patrum cætu Moyses, & Elias ad Transfigurationis gloriã, ac ad colloquendum de Christi morte assumuntur ob magnam similitudinem, ac conuenientiam, quam inter se habuerunt. Moyses ieiunauit quadraginta diebus sine cibo. Exod. 34. num. 28. Totidemque & ieiunauit Elias 3. Reg. 19. num. 8. Vtque Idololatrias interfecit; Moyses Exod. 32. num. 28. Elias 3. Reg. 18. n. 40. Vtque iniquo Regi restitit: Moyses Pharaoni Exod. 5. Elias Achab. 1. Reg. 18. Vtque magnus in Lege: Moyses eius legislator; Elias illius defensor, propugnator, ac zelator. Hos vt non dispares moribus, sed vt valde similes vita, ad nostræ salutis negotium petrandum adducit Christus in Thabor: multum enim expediens est, vt, quos ad consilium conuocas, non discrepent vita, sed vt magnopere moribus, ac conditione conueniant.

Decimosexto. Cur ex tam amplo numero tot præcedentium Patrum Moysen, & Eliam hic Christus producit in medium ad causam nostræ salutis discutiendam? *Loquebantur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.* Hos tantum præcæteris adducit Christus. Volebat pro nostra redemptione mori. Moyses mortem pro populi incolumitate sibi elegerat, Exod. 32. n. 32. Elias spiritum vitæ suæ voluit filio viduæ communicare: nam cum se expandit super puerum, 3. Reg. 17. n. 21. hoc faciebat, ait Lyranus, ostendens, quòd vellet illi infundere partem vitæ suæ, si fieri posset. Homines, qui pro aliorum bono voluerunt vitam suam profundere, quodnam erant Christo daturi consilium, nisi vt etiam ipse pro hominum salute vitam suam impenderet? Hos ergo potius, quam alios conuocat Christus Dominus ad negotium redemptionis generis humani petrandum. Audentissime enim ipse exoptabat pro nostro remedio propriam vitam elargiri. Ex consiliariis, quos quilibet sibi associat facile mens eius agnoscitur, ac deprehenditur. Cum Saul haberet in consilio Doeg Idumæum, crudelem Davidis inimicum, statim ego intellexi, sacerdotes Davidis familiares crudeli morte esse interimendos 1. Regum 22. num. 9. Et cum Iudas super suum scelus interrogat Principes sacerdotum, quodnam consilium erant daturi, nisi procliuè ad inter-

Matth. 27. 129.  
Matth. 27.  
Marc. 15.  
Euthym.  
Qui tuos imicos interrogat, in te malum molitur.  
Chrysof.  
Theophyl.  
Paschal.  
Actor. 22.  
130.  
Ratio dubitandi.  
131.  
In principe pietas prima habent.  
Cluniac.  
132.  
Hilar.

Matth. 27. numer. 6. Cum meus Iesus teneretur comprehensus, principes sacerdotum, ac seniores populi interrogat iniquus iudex Pilatus: *Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Clamant omnes, vt crucifigatur.* Et subnequit textus: *Tunc Iesum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.* Matth. 27. num. 26. Maxime notanda illa particula *Tunc*; hoc est pro illo euentu, & occasione. Valdè mirum, quod Iesus morti traditur, non quando proferuntur duo falsi testes astantes: *Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud.* Nec quando Pontifex scidit vestimenta sua, dicens: *Blasphemauit: nec quando Accusabant eum summi sacerdotes in multis.* Marc. 15. num. 3. sed quando Pilatus interrogat: *Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Tunc in ipso temporis articulo tradidit Dominum Iesum, vt crucifigeretur.* Euthymius. *Interrogat ponens rem in illorum potestate.* Si interrogantur summi sacerdotes de vita Domini Iesu, quid erant responsum, nisi vt Iesus crucifigeretur? Ergo cum Pilatos Iudæos interrogat, tunc tradidit Iesum, vt crucifigeretur. Nam, vt recte argumentantur ibi D. Chrysostomus, Theophylactus, D. Paschasius, si ipse ob timiditatem, ac animi debilitatem nollet Iesum morti tradere, Iudæos minime interrogasset, quorum aperta erat voluntas, sed eum liberaret, vt Tribunus quidam Paulum de seditione Iudæorum liberavit Actor. 22. n. 30. Vide tom. 3. cap. 33. q. 9. n. 76.

QUESTIO XV.

*Quare prius ponitur Moyses, quam magnus parens Elias?*

COMMVNITER in hac historia narranda prius sacri Euangelistæ commemorant Moysen, & postea Eliam. Sic scribit D. Mathæus. *Et ecce apparuerunt cum eo Moyses, & Elias.* D. Lucas. *Erant Moyses, & Elias.* Et quamuis D. Marcus prius scribat Eliam: *Et apparuit illis Elias cum Moysa,* hoc tamen est per anticipationem. Cur ergo prius exprimitur Moyses, cum primus locus ex multis debitus videatur magno Elia? tum quia ipse virgo erat, tum quia ipse monastica, ac religiosa vita degebat, reseruarique, vt in ultimo Christi aduentu futurus eius præcursor, ac tunc insignis, & gloriosus martyr. Si ergo tot, ac tanta eminebant in Elia, cur illi non datur primus locus?

Respondeo Primò. Moyses antiquior Elia, ideòque ob venerationem primus illi defertur locus. Secundò. Aderat Christus in Transfiguratione, vt supremus Dominus, & Rex, sic Pater restitit; *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Moyses mitissimus omnium; Elias vero valde rigidus. Et cum astanti supremo Regi Christo, primò ponitur Moyses: semper in principe clementia primas habeat; semperque in tege pietas maiores vices obtineat. Petrus Cluniacensis serm. de Transfig. *Vnde, inquit, congruè scriptura, non prius Eliam, & postea Moysen: sed ante Moysen, & postmodò Eliam ponit.*

Tertio D. Hilarius in Plalm. 52. *His, ait, quæ volumus, propitiatus est, quam his, quæ non possumus, iratus est. Nam Moysi fideli vique amico suo dixisset, quia non glorificasti me in aquis contradictionis, ascende in montem, & morere: hunc sibi postea vna*

Sylueira in Euang. Tom. IV.